CHARLES IV, à Paris, le 31 Juillet 1322.

qui propter hoc extremo dati fuerant ſupplicio, clarè probatum extitit, ſuum ſcelus continuare valeant, & ad optatum eis effectum perducere, cum magna deliberatione Conſilii providimus; ordinantes quòd ipſi leproſi præſentes & poſteri, in Regno noſtro ubilibet includantur in muris in quibus tam firmiter teneantur quòd abinde non poſſint recedere vel exire. Illis verò qui in domibus pro leproſis fundatis, & redditus pro eorum ſuſtentatione habentibus, fuerunt, de bonis dictæ domûs miniſtrabuntur infra dictam murorum clauſuram, victui neceſſaria competenter; & aliis qui nunc ſunt & erunt in poſterum in villulis & aliis locis in quibus non ſunt Leproſariæ, ſive domus pro leproſis fundatæ, & qui redditus aut bona non habuerint undè vivant, ne in muris inhumaniter fame pereant, cùm non poſſint perquirere ſibi victum, parrochiani villarum & locorum in quibus fuerunt, victum & alia, ultra hæc quæ ipſi leproſi in bonis habuerint, ſalva dumtaxat ſuſtentatione competenti uxorum & liberorum ſuorum, ſi quos habuerint, pro victu neceſſaria miniſtrabunt; & parrochiani facient ea quæri, prout veſtræ & eorum Ordinationi videbitur faciendum. Recolentes igitur prædicta diu eſt per Nos ſeu ex parte noſtra, ut ſuprà ſcriptum eſt, ordinata fuiſſe (c) & de eis executionem fieri vos mandaſſe: & videntes apertiùs hujuſmodi executionem non feciſſe, nec eſſe completam, de quo malè ſumus contenti, mandamus & præcipimus vobis, quatenus hujuſmodi Ordinationem mandetis per loca Seneſcalliæ veſtræ & eorum reſſorti tam diligenter tamque celeriter de puncto in punctum exequi ſtudeatis & complere, quòd præterita negligentia veſtra in hac parte per futuram diligentiam debeat excuſari; ſcituri pro firmo, quòd ſi in hac parte diligentes fueritis vel remiſſi, Nos vos de dicta negligentia faciemus puniri graviter; & nihilominùs executionem hujuſmodi per alium ſeu alios veſtris computibus fieri faciemus. Datum *Pariſius,* ultima die Julii, anno Domini M. CCC. XXII.

NOTE.

(c) Recolentes.... prædicta.... per Nos.... ordinata fuiſſe.] Nous n'avons pu recouvrer l'Ordonnance dont on preſcrit ici l'exécution.

CHARLES IV, à Paris, le 17 Septembre 1322.

(a) Mandement de Charles IV, au Sénéchal de Baucaire, concernant les Monnoies.

CHARLES, par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre, au Sénéchal de *Baucaire,* ou à ſon Lieutenant : Salut. Comme Nous de nouvel ſommes venus au gouvernement de noſtre Royaume, &c. *(b) Donné à* Paris, *ce XVII.e jour de Septembre 1322.*

NOTES.

(a) La copie de ce Mandement nous a été envoyée de *Montpellier,* avec cette indication: *Du Livre N.° 4, fol. 47, verſo.*

(b) Charles, &c.] Ce Mandement eſt entierement ſemblable à celui qui eſt imprimé dans le I.er Tome de ce Recueil, page 769, adreſſé au Bailli de *Mâcon* & de *Lyon,* daté du 15 Octobre de cette même année. Nous nous contentons d'y renvoyer.